

II n
9344

ELEGIAE GRATVLATORIAE.

IN HONOREM

ET LAUDEM ORNATIS- SIMI ATQVE DOCTISSIMI

IUVVENIS IOANNIS THOMAE ARGENTORA-
tensis D. IOANNIS THOMAE Pastoris ad D.
Nicolaum vigilantissimi filij: cum ei in cele-
bri Argentinensium Academia, ius & honos
Magisterij Philosophici tribueretur à Clarissi-
mo viro IOANNE LVDOVICO HAV-
VENREVTERO Medicinæ & Philo-
sophiæ Doctore, spectabili D. Decano,
ad V. Calendarum Aprilis Anno
salutis per Christ: recuperatæ.

M. D. LXXXVII.

SCRIPTAE AB AMICIS.



In Typis ARGENTORARI apud Nicolaum Sylvanum.



12. 2. 1712

REGINE CRISTIANISSIME

IN HONOREM

ET LAVADEM ORNATE

SIMI ATQUE DOCTISSIMI

IVENS IOANNIS THOMAS ARGENTOR

ensis de JOANNIS THOMAS ARGENTOR

Nicolaum viginti annorum

in Argentoratum Academiae

Magistri Philosophiae

quo vno JOANNIS THOMAS ARGENTOR

VERREVERENDO

Josepho Doctori

ad V. C. in

Imperio

M. D. LXXVII.

LIBRARIATVS
MUSEVM

IN TYPIS ARGENTORATI



Iste hominum quid vult concursus, magnaq; turb **A**
O Sacra quærenti dic mihi MVSA prece **R.**
Audi, ait hæc referam, merito accurrunt, quia lar **GE**
N ullum non durum Phœbus Apollo pono **N**
Nunc studiosis bis denis vniq; repende **T,**
Et dabit Aoniæ præmia digna chor **I.**
Sicea: rursus ego petij, his adsit soboles a **N**
Thomæ, qui tractat dogmata sancta pi **E.**
O cur quæris: adest, fert cæruleamq; Tiara **N**
Magnificeq; auro splendet ei digitu **S.**
Aurea nunc igitur tibi grator dona ferent **I**
Sint precor auspicijs, hæc tibi parta boni **S**

*Distichon continens horam, diem, Mensen
 & Annum renunciationis.*

Hora erat Aprilis nona a C qvinta ante Calendas
LVX tibi IOANNES Contrlb Vere DeCVs.

Ioannes Lentzius Ordruiensis
A. A. F.

A L I V D.

Laudibus extollunt meritis si Atlanta: quod axem
 Ac humoris rutili torqueat astra poli:
Curte non parili dignum fateamur honore,
 Thoma tui excellens, lausq; decusq; PATRIS.
Nam cum ver terram decoraret floribus aliam:
 Suetaq; iam Musæ laurea ferta darent.
Ipse tibi Phæbus, victricia præmia LAVRI
 Contulit, ingenio præmia digna tuo.
Nunc quoniam summam conscendis Palladis arcem,
 Nec studijs cessas iniugulare bonis

A 2

Pegasea, renitet nunc frons præclara, tiara:
Et tua Chyrrhæo tempora rore madent
Ipsi etiam digiti gemmis auroq; refulgent:
Commendat vitam præmia faxq; tuam
Hinc tibi surgit honos: tibi surgit amabile nomen:
Nomen posteritas quod super astra feret.

M. Leonhardus Hutterus Ulmenfis.

A L I V D.

Iam tribuit nomen tandem, titulumq; Magistri
Optimus Aonidi dux gregis ipse tibi.
Accipis hunc autem, multum dilecte IOANNES,
Non gratis titulum, sed venit ex merito.
Nam cum percupide, tractaris munera PHOEBI
Et studijs dederis tempora multa tuis:
Sudasti multum, magnos perferre labores
Tempore præterito, maxima cura fuit.
Hinc iustum, capias vt profudore laboris
Omnia, quæ vitam condecorare queunt,
Munera sunt igitur virtutis fama, decusq;
Ac studio vigili præmia digna tuo,
Seruiat hic CHRISTO titulus sit gratus amicis:
Argyropeq; tibi plurima dona ferat,

M. Samuel Lautenbachius Argentinensis.

A L I V D.

Vnius vt stringat multorum pectora, casu
Quem parit aduerso fors inimica, dolor:
Sic quoq; non vnum tantummodo gaudia, verum
Exhilarent plures commoditate viros:

Quod

Quod ratio socij non solum poscit amoris
 Sed quoq; mandando litera sacra monet,
 Et tibi cumq; tuis lux hæc noua gaudia fundat.
IOANNES animi pars bene magna mei.
 Gaudia quæ peperit non corporis vlla voluptas
 Hæc etenim modico tempore pulchra manent,
 Sed tua quæ virtus, quæ discendiq; cupido
 Et dedit ingenij prouida cura tui.
 Hæc æterna manet: succumbere nescia letho
 Hæc sunt & vita posteriora manent,
 Nam quia Thespiadum dedicisti sedulus artes
 Intentus studijs nocte dieq; bonis.
 Clara Magisterij donant tibi nomina Musæ
 Et statuunt tituli pulchra trophæa noui.
 Ducere quod cogit communia gaudia tecum
 Læticiæ & plenum pectus habere nouæ.
 Ergo tibi grator, mihi gaudeo: gaudia & oro
 Viuida perpetuos sint, vigeantq; dies.

VVo ffzangus VVeberus, Burgenfis Saxo.

A L I V D.

Ecce viget palmes surgit dulcissima vitis
 Quam vis ô IANNES perdere nulla potest
 Est DEVS omnipotens cui sunt florentia curæ
 Munera: quiq; facit pergere cæpta tua.
 Fers igitur patriæ, magnum fers lumen amicis
 Qui quod sperarunt firmiter illud habent.

Ioannes Seitz VVidernensis.

A L I V D.

Vere nouo nitidum repetunt ceu quæq; colorem
 Virgulta, & folijs densa uirent nemora.

A 3

Soluitur acris hiems, lætis florentia pratis
 Gramina confurgunt, pictaq; caltha redit.
 Haud aliter nouum tentat tibi texere donum,
 Purpureum, ac lætus carmen Apollo canit
 Atq; parat varijs laudes subiungere curis,
 Casta quod assidue castra securus eras.
 Præclarum seras insomnes ducere noctes,
 Maneq; Pyærijs inuigilare libris.
 Hinc nomen, clarumq; decus, uirtusq; perennis
 Manat, si cæptum conficiatur iter.
 Cur igitur partum THOMÆ non grater honorem?
 Cur moror? En faustum pectore, uoce pecor.
 Faxit percelsi magnus dominator Olympi
 Absint ut morbi, tristia damna simul.
 Transigas ut felix, ut florens tempora vitæ
 Lætenturq; senes qui genuere prius.
 Quod superest, ne sperne meos rogo, perlege versus,
 Et placide musam suscipe nunc tenuem.

Vitus Conradus Reischerus VVormatiensis. F.

A L I V D.

Quod tibi pro meritis referunt sua munera Musæ
 Quod tibi dat sextum Phæbus Apollo locum.
 Id dictis celebros, tantos quoq; grator honores
 Grator & ingenio præmia digna tuo.
 Ac precor ulterius Deus ut benè cæpta secundet
 Aspîrent studijs prospera fata tuis.
 Quo docti seruare queas uestigia patris
 Percipiant fructum patria, templa, scholæ.
 Suscipe uersiculos quos scripsi docte Magister
 Tu qua fronte decet uiue valeq; diu.

Maternus Koblerus Francofortensis.

ALIVD.

A L I V D.

S Trenus ut miles fortem se præbet in armis,
 Exorta pugna dimicat intrepidè:
 Viribus vt validis obstantes sæuit in hostes.
 Nudato ferro, vicq; repellit eos:
 Sicut continuò renouat certamina duris
 Verberibus dandis, vulneribusq; malis:
 Vt non desistit, furibunda percitus ira,
 Mittendo diræ corpora multa neci.
 Ac hostis rigido figendo pectora ferro,
 Dando crudeli vulnera sæua manu:
 Illustri donec ducat splendore triumphum,
 Victriciq; ferat læta trophæa manu.
 Cui tandem meritò, ceu forti, præmia dantur,
 Suscepto quæ sint digna labore graui.
 Sic quoq; Ioannes, post multa pericla, labores
 Præteritos, dantur munera iusta tibi.
A teneris annis, nam doctæ castra Mineruæ
 Infectans, forti pectore miles eras.
 Omnia præstabas, quæ casta Minerua volebat,
 Totum ponebas tempus in arte tuum.
 Assiduaq; manu voluebas scripta virorum,
 Aonio quorum est splendida fama choro.
 Temporaq; addebas studijs nocturna diurnis,
 Vt facias Musis sedulitate satis
 Sed quid opus dictu, cur fundo plurima verba:
 Cum norint omnes hæc tua facta proba.
 Gratulor en tantum lætus tibi docte Magister
 Quod tibi iam digno laurea docta datur.
 Et moneo, ut pergas sic, ad maioraq; tendas
 Quo possis olim maius habere decus.
 Et precor, ut soboles Christus, cum patre supremo,
 Spiritus atq; potens hoc comitentur opus.

Iosephus Lautenbachius Argentinensis.

F I N I S.

Wittenberg 9344

Ternus ut miles foris sepe vocat
Exort pugna dicitur in pectore
Virus ut validis obliuiscitur in hostes

Nudato ferro, videtur bellum
Sicut conantur resque certamina dunt
Verberibus dantes, vulnibusque rursus

Veron delitit, subunda per rursus
Mincubodius corpora multa nec
Acholis rigido figendo pectora ferro

Dando cordeli vulnere rursus
Iustus donec ducit spectare triumphum
Nigrae carae rursus manus

Quandem merito, cui sunt praemia dantur
Suscipio, qui sine digno labore gemit
Sic quod Iohannes post multa pericula, laboris

Patris, dantur munera iustis
A tenis ante nam dicitur callis Maritima
Iuliana, fortis pectoris naves eras.

Omnia praesentia, que callis Maritima volent
Tantum postea tempus in aere iuuat
Alidus manu volucribus rursus

Aeneas quum est solentibus rursus choros
Tempore addas, sed rursus rursus dunt
Veritas nullis sedulibus

Sed quod opus dicitur, curando plura verba
Candore omnes hinc rursus rursus
Candore omnes hinc rursus rursus


Quod hinc rursus hinc rursus rursus
Et rursus, ut pergas hinc rursus rursus
Quo rursus olim rursus hinc rursus

Et rursus, in solibus Christus, cum per rursus
Spiritus rursus rursus hinc rursus rursus
Spiritus rursus rursus hinc rursus rursus

F I N I S

NE





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black


X/199 3720)

II n
9344

E GRATVLATORIAE.
ONOREM
DEM ORNATIS-
QUE DOCTISSIMI
NIS THOMAE ARGENTORA-
NIS THOMAE Pastoris ad D.
ntissimi filij: cum ei in cele-
um Academia, ius & honos
sophici tribueretur à Clarissi-
NE LVDOVICO HAV-
ERO Medicinæ & Philo-
ore, spectabili D. Decano,
endarum Aprilis Anno
r Christ: recuperatæ.

♦ LXXXVII.

PTAE AB AMICIS.



TORARI apud Nicolaum Syluanum.

